



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 1. Patris Laynesii scriptum contra clandestini connubii damnationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
CONTINUATÆ  
*LIBER CLXVI.*

PIUS IV. PONTIF. MAXIMUS,  
FERD. I. OCC. IMP.

§. I.

*Patris Laynesii scriptum contra clandestini connubii damnationem.*

Sæcul. XVI. A. C. 1563. Interea de matrimoniis clandestinis,

Pallav. n. 26. necnon de Filiorum-familias connubiis inter Præfules, & Theologos a

Viscont. to. 2. vigesima quarta Julii die usque ad exi-

lett. 63. p. 059 tum hujus Mensis disceptatum est: re-

autem rursus agitata, disputatio-  
nes ab undecima Augusti usque ad  
decimam tertiam ejusdem Mensis diem  
protrahebantur, præsentibus Theologo-  
rum celeberrimis, qui unacum Procu-  
ratoribus ad audiendos Patres hac de re  
diferentes accersebantur: nulli ergo  
labori, ac studio parcebatur, ut hæc  
quæstio omni, qua par esset, solertia dis-

cutere

cuteretur, simulque in decreto utilia, ac proficia ab iis, quæ minus decebant, exakte segregarentur: eapropter singulis communicabatur Patris Laynesii scriptum, quo hic Jesuita decretum contra matrimonia clandestina promulgandum impugnabat, ac ejusmodi matrimonia non esse damnanda defendebat: verum exigua habebatur hujus scripti ratio.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

§. II.

*Venetus Orator matrimonium ob adulterii caussam dissolvendum petens.*

Paulo majorem attentionem merebantur Venetæ Reipublicæ Oratores, qui, cum anathema parari intelligerent contra eos, qui matrimonia consummata ob adulterium dissolvi affererent, mox suas rationes exponebant, ita perorantes. „Hoc anathemate, nisi illud a Canone hanc in rem confecto deletur, inferenda timetur non modica offendio Orientalis Ecclesiæ populis, præsertim vero Venetorum Insulis, Cretæ, Cypro, Corcyræ, Zazyntho, Cephaloniacæ, aliisque multis, non solum cum publicæ quietis, sed cum Ecclesiæ Catholicæ detrimento: compertum quoque est Patribus, quod, tametsi Græca Ecclesia a Romana ex parte dissentiat, non tamen eo despe-

Pallav. n. 27.  
Vis. lettr. 63  
p. 251.

Hist. Eccles. Tom. XLVI. F f ra.